

**Aguirre, Joaquín**

**Oratio de mutuo ad populorum felicitatem  
libertatem inter, et illustrationes foerdere : habita  
Regia in Universitate Complutensi,,, anni Dom.  
MDCCCXXXIV / á ... Joachimo ab Aguirre ...**

Matrixi : Apud. E. Aguado, 1833.

Vol. encuadernado con 17 obras

Signatura: FEV-AV-M-01418 (16)

La obra reproducida forma parte de la colección de la Biblioteca del Banco de España y ha sido escaneada dentro de su proyecto de digitalización

<http://www.bde.es/bde/es/secciones/servicios/Profesionales/Biblioteca/Biblioteca.html>

Aviso legal

*Se permite la utilización total o parcial de esta copia digital para fines sin ánimo de lucro siempre y cuando se cite la fuente*



# ORATIO

DE MUTUO AD POPULORUM FELICITATEM

LIBERTATEM INTER,

ET ILLUSTRATIONEM FOEDERE,

HABITA

Regia in Universitate Complutensi

XV. KALENDAS NOVEMBRIS ANNI DOM. MDCCXXXIV.

A

D. D. JOACHIMO AB AGUIRRE,

*Jurisprudentiae Canonicae Professore, et Rethoricae Moderatore.*



MATRITI:

APUD AGUADO, AULÆ REGIÆ UNIVERSITATISQUE TYPOGRAPHUM.

MDCCXXXV.

**OLTAEO**  
gen. Phil. Etiam in aliis, quae non sunt, insulae  
et cibasque, et ita a rebus hominibus oculis  
**DE MUNDO AD POMPEIUM TRICONTATUM**  
invisibilis Dei per se, quae facta sunt, intellectus  
nihil est, et videtur inveniri non posse. Nam bene-  
gradissimae Academie postea, et illa nobis, ex-  
cepit, et auctoritate nostra approbatam  
bonum.

ALIAS

**jenitius Complicatus ni papa**

*Dictum est igitur ab eruditissimis viris, nisi Sapientem,*

*liberum esse neminem. CIC. PARADOX. 5. c. 1,*

*LIBERUS NEMINIS MONSERRATIENSIS*

**D. JOAQUINO AB AGUINIZ**

*inventorium Cenobio, Fabri et Fabri, et fabriorum*



**ITALIA**

*UND TEGANDO, AUREA RRODE UNIVERSITATIBUS TUTTOGRANIA*

**INDICAZIONE**

isusaviam, iuris iuram, in certis letiis ordinariis op-  
erariam, sufficiens omni bolytessione esse con-  
seruare, diligenter dei nos in belbentum loquuntur regis  
principalem, dei nos in belbentum regis  
le satislatum, clementes, apertissima fieri  
nisi quoniam his sois causa sece non posse statim iei-  
ni et conualete. His suis sic ut e respondeat  
let 200, consilium, nullumque ad id conuendetur  
cum non molestie pugnem: uenit pugnare  
cum pugnatio: dorsoq[ue]m censolam, d[omi]ni operculis  
magistrorum officiis ei vestiti, omni timore  
suplicatione letabundus, similes h[ab]ent: ferre bo-  
tem pugnare inter se cum q[ui]d[em] gemitis doctib[us]  
bosq[ue] r[ati]o[n]es, t[em]p[or]e r[ati]o[n]es aferentes  
in eo glossante sine oboe

**C**um exhaustum ærarium, Hispanam absque fide  
gentem, industriam pene extinctam, ipsumque ho-  
minem ab ea, qua à cæteris distinguitur animanti-  
bus, disserendi facultate, probrosæ tyrannidis, cuius  
etiam ab excentibus ignotus erat terminus, teter-  
rimis privatum effectibus luctuosi videremus: cum  
afflita, prostrataque monarchia, non recte directi re-  
giminis, annis consequentibus, bonorum invenire-  
mus incrementum, sed undique tantum valde cal-  
lidæ et eminentis prospiccremus funestos garrulita-  
tis scopos: cum denique in interitum usque singu-  
las publicæ administrationis partes ruere, miserri-  
mi experiremus: publicam disciplinam, A. A., ab illis,  
qui absolutè nulli se subjectos legi putabant, crudelis-  
simè esse adstrictam, silentio dolebamus. Languorem,

ignaviam, inertiam, in cæteris regni ordinibus observatam, sufficientem omni progressioni esse contrarietatem, qui nos in perpetuam volebant redigere servitutem, credentes, adversus litterarum exhortationem his solis causis agere non posse statim ipsi met cognovere. Erat autem eis, ut è nostro dispareret solo, constitutum, nullumque ad id consequendum non movere lapidem: venerabiliorum scriptorum proscriptio; quorundam censorum, qui, obscuris magnatum opinionibus ut faverent, omni lumen amplificationi repugnabant, sinistra fides; ferrea postremo præclaro litterarum cursui deditis quotidie posita vincula, totidem suere gradatim adversus illam maquinati ictus, ut et adolescentes animo deficerent, et fessi, quod incœperant, officium dessererent nobilissimum. Nulos verò à proposito deflexisse magno suffusi pudore videre oppressores, plerosque è contra notionibus non modo ipsis non debitiss, sed quas, ipsis invitatis, acquirere potuerant ornatos, opportunum illis utendi vehementissimè appetere momentum. Optata jam tandem felix pervenit dies: cùmque Hispano populo, jura sua possidendi dignissimo, maternâ nostræ augustæ Reginæ gubernatione, à tyrannis ablata, raptaque, fuerint plenissime restituta, non possum quin omnium præclarissimorum illorum, quæ ita populo, ut ejus existentia, adnexa judico, memoriā excitem: *libertatis, loquor, et illustrationis, quæ amico fædere conjunctæ, publicam abs dubio constituunt felicitatem.* Mihi quidem, et cuius

rei causâ in hunc locum ascenderim, et ad quos verba facturus sim, cogitanti, prorsus ita videtur nullo in argumento meam commodiùs orationem posse versari, quam si libertas et illustratio, quantum non ornamenti solum, verum etiam præsidii bene temperatis populis afferant, tum adhibitis rationibus, tum etiam exemplis, atque ex veteribus sæculis repetita memoria exponam. De his igitur apud vos dicturus, Demosthenis, Ciceronis, Hortensii eloquentiam desiderarem; hujus namque provinciæ dignitatem meis imparem humeris candidè agnosco, libentique animo confiteor; sacro vero, quo accendor, fulmine percussus, tantam rem aggressus, et dicendi insolentiam, et ingenii tarditatem vos ignoscituros confido. Utinam, A. A., utinam ea, quæ ingenii postulat nobilitas, ad exitum perducere mihi esset datum! Tunc et juvenum animos ad litterarum studium vehementer accendisse, et suis deceptos præjudiciis ad rationis adduxisse viam certe mihi vobis cum congratularer.

Rationis lumine per quoscumque se populos diffundente, gradatim et non nisi post multas maximisque animorum, inagitatis fluctibus, contentiones, errores dissipantur, refugit inscitia: vertunt se in contraria cives, ex quo fit, ut et ordo, et publica plerumque soleat turbari tranquillitas: veritate falsitas evincitur: mendaces, tenebrarum sectatores, quorum nescio quo miserrimo fato, major est numerus fortiorque potentia, nihil non agunt, nihil non co-

gitant, nihil non moliuntur, calumniam, ferociora et injustiora ad illustrationem infamandam insument media, ipsi seditiones, clandestina consilia, excessus, inordinationes, confussionesque attributuri. Omnigenæ artis matre experientiâ de hac edocemur veritate, eâque discimus, et usu, libertatem solum et illustrationem tantis obyiam ire posse incommodis. Cum enim certo certius sit, quæcumque in societate libertate spoliata adhibentur remedia populi corruptionem sanatura, contaminationis fontem effici ac originem ; quid mirum, si censura mores, ubi tyrannis exercetur, conservandi gratia intenta, odiosa valdeque abominabilis investigatio, horrendum supplicium, oppressionum, vindictarum, omniumque aliorum, quibus aperte civium oppugnatur securitas, fiat facinorum instrumentum ? ; si hæc censura morum cohibitura depravationem, eam, ignominiosa super publicam corruptionem, super prostitutionem, super crimina ipsa imponens tributa, sustineat, sustentet, foveat ? ; si hæc censura vilitates contentura et dedecora, denuntiatorum impleat civitates, exploratorum vilium hominum, turpium mercenariorum, qui vitio, quo remunerantur, sunt nixui et fulcimento, virtuti verò, à qua contemnuntur, vexationi et oppugnationi ? Præter libertatem autem tantas declinantem perturbationes, cives eas detecturi, eà necessum est pollere disciplinâ, qua vera à falsis, lumina à tenebris, bonum à malo, virtutem à vitio, felicitatem ab infortunio dilucidè

sint internoscituri ; sique libertatis et luminum amatores luctuosos possunt corruptionis diminuere effectus , et unicum , summo imperio , et ignorantiae oppositum erigere monumentum.

Sed quoniam rationibus utendum , et ostendendum quam varia , quamque multiplex libertatem inter et illustrationem intercedat connexio , quantosque ex illis Respublica percipiat fructus , non aures modo , sed mentes quoque attentas , quæso , paulisper adhibete . Statim ac cuiuslibet societatis enervata , inminuta , atque ablata fuerit libertas , nec puncto quidem temporis scientiæ et artes secundo provehi potuerunt ; illarum sors semper precaria , brevissima diffusio , ephemera duratio . Spirituum namque perpolitio , animorum elevationem , violentiæ abstractionem , legum robur , protectionis fiduciam , uno verbo , civilem supponit libertatem . Ita horum omnium bonorum fruitio , magnopere luminum favet progressioni , eorum autem omnino adversatur amissio . Leges etenim , quibus decernitur , fulcitur , ac roboratur libertas , illustrationi simul maxime necessarium , præ cæterisque grave præbent auxilium . Nec tantum inter se amico fœdere libertas et illustratio connectuntur , sed etiam absque illis Reipublicæ non potest stare salus . Societatum initio virtutis sectatores , ignarique possunt esse populi , parum enim ad suas efformandas leges in usumque redigendas illis est opus labore . Evidentia suggeruntur , superstitione sanctificantur , consecrantur .

Populis vero, in illum status civilis terminum, quo ferè in infinitum commercia multiplicantur, pervenientibus, non jam evidentia, sed profundissima harum relationum leges sanciuntur cognitione: non jam superstitione, sed harum respectibus in usum rediguntur. In hoc, inquam, civilis societatis statu, libertate et publica litterarum opus est exornatione. In populo namque virtutis dilectore, suarum virtutum conservatio cognitionibus, luminibusque ad illas sustinendas necessariis connexa sit oportet: in corruptâ vero societate, vitii ad virtutem transitus transitum tyrannidis ad libertatem, imprudentiae ad disciplinam, erroris ad veritatem necessario debet comitare. Hic est verus libertatis et illustrationis super populorum virtutem salutemque influxus, indicatoque, quo hæc duo conjunguntur bona, vinculo, dupliciter super illorum quodlibet mutuis, quibus juvantur, auxiliis, conferunt. Hujus veritatis omnium nostræ ætatis politicorum ac publicistarum comparationibus perfacile mihi esset evidentiam demonstrare; notissimâ vero omniumque populorum repetita memoriâ luce meridianâ clarior apparebit.

Populorum, inquam, historiam percurrite, mecumque civitates miramini opulentissimas, hominum undique confluentium confusa multitudine animatas, quarum in mœnibus artium echo, publicarumque voces festivitatum resonabant; magnifica utilitatis ædificia, templorum majestatem, omniumque

commodorum creatricem industriam cæterarum gentium ad se adripientem opes intuemini. O dulce libertatis nomen! O præclarum eruditionis præstigium! Vestro tantum hæc omnia sacro debebantur influxui. Thebas, Memphis, Babilon suo veteri testantur honore, quanti sit capax mens humana, cum sub legibus libertatis, illustrationis, securitatis, quæ suorum sunt jurium fidejussio, vivit protectricibus. Si vero vobis adeo longinqua antiquitatis exempla non placent, in Græcas oculos convertite Respublicas; cultas Athenas, illustrem Spartam, bellicosam Lacedæmoniam, totque alias, quarum excelsa recordatio omni tempore miranda, animo contemplamenti. Artificiosi illarum olimpici ordines, magna illa spectacula ab altiore inventa politica, libertate promota, eruditione consecrata, Græciam in divitiarum et cognitionum terminum, quo melius excogitari nequit, attulerunt florentissimum. In illis oratores, rerum gestarum scriptores, poetæ, bonarum artium cultores, præmium concivium suorum conciliaturum benevolentiam, remunerationem apud libertate fruentes populos maximam, visi fuerunt controversari: cuncta in illis confluente Græcia, singulæ civitates suos virtute excellentes viros aspicientes optimos, tanta flagabant mentis vehementia, ut ipsos, quorum nunquam delenda memoria, ad Deos eveherent. Scientiæ et artes tunc illic floruere. Architectonica, sculpta, pictaque illorum nostros etiam nunc sensus arripiunt opera. Phidiæ icones, Zeuxis, Parrasii,

Apellis penicillorum demiramus dexteritatem. Homeri, cæterorumque poetarum animi motibus, Deos, magnanimosque Græcorum vivere heroas videmus: Sofocles et Euripides commiseratione, simul ac Menander dulciore personâ tragicâ nos afficiunt moralitate: Tucididis nomine veræ historiæ habemus notitiam: Demosthenes et Phocion nihil nobilius atque præstantius eloquentia divino munere hominibus probant concessum. Hipocratis in Medicina, Archimedis in Geometria semper colenda nomina remotiore permanebunt antiquitate. Pitagoras, Socrates, Plato, Aristoteles, totque alii, quos referre longum, dulciori fuerunt philosophorum nomine decorati. En, A. A., en Græcæ libertatis effectus; incrementa suis sub auspiciis consecuta victoribus dominandi, postquam Romanorum jugo intestinis succubuere dissensionibus, gloriam sibi paravere.

Horum oratores, ingenique viri suis destituti præjudiciis, Græcos venerantes, divinam quæcumque decorandi ab illis artem discentes, in patriam suam mirati, beneficiorumque memores reversi fure. Romani tunc libertatis amore perculti, adeo litteras coluere, ut ipsis Græcis non impares viderentur. Plautus et Terentius ipsomet Menandro superiores evasere. Varro, Cicero, Horatius, Virgilius, innumerique alii, quorum nomina ab ipsa cognoscimus pueritia, quorumque scripta à primis studiorum annis evolvimus, ipsos, quos imitari voluere, forsitan superarunt. Fortunatis hisce temporibus idem

homo togam gladiumque gerens est visus. Quid vero accidit cum fuit ablata libertas? Quæ imperii virtus sine libertate? Scientiæ, artes, divitiæ, omnia è Republica disparuere; disparuit pariter aureum illud à Romanis vocatum sæculum, rarissimis postea ingenii permanentibus, quorum fama nunquam cum antiquis coæquanda.

Populorum historiam recentiorum nostra magis magisque confirmantem principia perscrutemur; Galliam, Italiam, Angliam.... sed quid externa, veteraque quærimus exempla, cum domesticorum et recentium copia suppetat? Gens gothica Iberis consociata, monarchiam constituit, cujus præcipua virtus dominatio, charissimaque libertas. Universa tunc Hispania, libertate et eruditione, quantum tempora ferre poterant, fruens, beata dicebatur. Reges populorum jura servantes, illorum Procuratores, regiæ aulæ Magnates, Episcopos, se præsulibus, ad comitia vocabant, legesque, quarum et clerici et laici pariter tenebantur observatione, in illis efformabantur. Utinam ad nostra usque tempora præclara illa comitia, sacraque exitissent Concilia! Hispania non minimum inter Europæ nationes obtineret locum. Saracenorum vero conflictus, et invasio, beatas illas è medio sustulerunt dies; Hispanorumque leges ac libertas in montium fuere transductæ declivitatem asturicorum, quibus liberrimarum sunt jacta institutionum fundamenta. Immortalis Pelagius novas illas Patriæ fundavit libertates; libertates omni Peninsula

successu temporis propagatas, quo usque illa prima Castellæ Elisabeth, cuius nomen etiam hodie animi nobili spiritu boni reminiscuntur cives, contra Agarenam firmavit dominationem; omnibus provinciis invicta Crucis vento faciens agitare vexilla.

Iterum tunc Hispani comitia Regni generalia sua eis jura restituentia obtinuere, iterum crevit populus aucta industria, negotiis implicatum commercium, virtutes artesque cultæ pacificè. Hispania denique sapiens, bellicosa, gnava, mercaturam faciens, dives, omniq[ue] terrarum orbe venerata fuit natio. Omnia prósperos nos sperare effectus secundariò orientes promittebant. Decimum sextum sæculum, hoc sæculum, cuius tanta nos superbia afficit recordatio, in elatissimum prosperitatis nos evehebat terminum. In hoc sæculo vitam duxit Eminentissimus, nunquamque satis laudandus Cisneros, Elisabeth I. primus à consiliis, Hispaniæ decus et ornamentum, hujusque celeberrimi fundator Lycæi, in quo adeo suis litteræ floruerent temporibus, ut omnium scientiarum viri, quorum nolissima nomina, semper fuerint peritissimi. Verum ;ò miserrima Patriæ sors! statim flores illos, quin ex ipsis legere posses fructum, reddi vidisti marcidos. Caroli V. Philippique II. genia deprimentia vincula; adversus præstantes ingenio viros persecutiones; omni progressioni oppositæ leges; cruciamenta, quibus terrebantur, non poterant quin lumina in nihilum redigerent, postriusque pararent sæculum, quo laureæ, quas accipe-

re debebas, marcescerent. Ne vero jucundissimo, quem tribus abhinc sæculis nostri videre majores, respuamus prospectui.

In pristinam avorum restituti libertatem, et cogitare possumus, et quidquid cogitemus, liberrimè cæteros mortales edocere: sacrum Elisabeth nomen in primævam nos revocat libertatem, et hanc patriæ salutem, in qua versamur tempestate, frustra à nobis arripere tyrannis conaretur. Ita nobis placet, et ratio ire inficias vetat. Omnia novam induunt faciem; reviviscunt artes, vincula, quibus tenebatur agronomia, dissoluta cernimus, liberumque commercium novas auspicatur dvitias. Qui vigebant erroribus, empiricis doctrinis, absurdis traditionibus, scientiæ canones, moribus, publicæ quieti et civium commodo consulentes promunt uberiores. Confidite, confidite, A. A., jam tandem aliquando, nec serò forsitan adveniet dies, in quo nostri desinant clamores: tunc miserrima, genio ingemiscente, deducta corollaria ab imis radicibus avulsa, lætante cernemus Minerva liberi demum à fallaci quorumdam exploratione et constitutionibus, quæ ad litterarum instructionem creandam paraverat ignorantia. Ingenium, prementibus vinculis solutis, se per omnia diffundet; cœlestis cogitandi facultas amissam iterum obtinebit libertatem; et humana dignitas præclarum hominis nomen haud videbit conculcatum. Omnia nobis hæc polliceri videntur. Disparuere imperitissimæ constitutiones, celeberrimos auctores evulgari prohibentes:

disparuit monopolium in scientiarum libris, ab ipsis, qui Academiis praeerant, odiosissimo sancitum privilegio: novus rei litterariæ sæculorum nascitur ordo: viri ob ingenii virtutem de Republica immortaliter meriti, perperam obscurati, scientias à barbara, qua jacebant, incuriā, vindicabunt. His in angustissimis temporis usuris, magna jam debemus beneficia; quæ sint, calletis omnes, Complutenses dignissimi, qui Academiæ sortem vicesque non multis abhinc annis dolebatis. Sua jam Sacerdotio, sua imperio tribuentur jura; horum unumquodque sua contentum provinciā, non se alienis immiscebit negotiis: Sacrae Jurisprudentiæ auditoribus omnia Pontificem, nihil posse Regem non amplius enunciabitur: veræ enim legislationis scientia, eruditæ adolescentes, quæ Ecclesiæ, quæ Regi, quæ populo sint propria sustinebunt: singuli omnium facultatum antecessores, libertate, qua fruuntur, litterarum exornatione, qua fulgent, veritates, præteritis temporibns evulgare pertimescentes, asserere, explanare non dubitabunt.

In pristinos nunc, perillustris Academia, in pristinos gloriæ et splendoris te revertere dies aspicies. Ab incunabulis infortunata, ab ipso pene origine celeberrimæ parentis Castellæ I. Elisabeth orbata, aliam ei succedentem Elisabeth, iisdem te cumulantem beneficiis, tuae pariter prospicientem fortunæ invenisti. Venerabilis tui fundatoris memoria, tuaque sic sperare faciunt infortunia.

Vosque, Hispani adolescentes optimi, illis orti

majoribus, qui nihil unquam sibi dulce præter libertatem et eruditionem putarunt; quidquam libertati, quidquam eruditioni anteponendum esse ducentis? Vos quam qui prædecesserunt beatiores, novam jam non sentibus, sed floribus coronatam ingredimenti viam: Complutensem Academiam, quæ semper toto orbe terrarum virorum virtutis, et doctrinæ laude præstantium parens habita est secundissima, vestra desidia atque ignorantia ab ea non permittatis recedere, quam parentis Reginæ parat gubernatio: tuncque, cum dulcis vobis patriæ erit commissa cura, everso impotentissimo dominatu, non minus quam imprudentia, illam felicem, liberam, sapientemque intueamini. DIXI.

... non solum quod in aliis dicitur, sed etiam quod in his quae  
 sunt de rebus publicis. Non enim in aliis dicitur, quod in  
 his quae sunt de rebus publicis. Non enim in aliis dicitur, quod in  
 his quae sunt de rebus publicis. Non enim in aliis dicitur, quod in  
 his quae sunt de rebus publicis. Non enim in aliis dicitur, quod in  
 his quae sunt de rebus publicis. Non enim in aliis dicitur, quod in  
 his quae sunt de rebus publicis. Non enim in aliis dicitur, quod in  
 his quae sunt de rebus publicis. Non enim in aliis dicitur, quod in  
 his quae sunt de rebus publicis. Non enim in aliis dicitur, quod in  
 his quae sunt de rebus publicis. Non enim in aliis dicitur, quod in  
 his quae sunt de rebus publicis. Non enim in aliis dicitur, quod in  
 his quae sunt de rebus publicis. Non enim in aliis dicitur, quod in  
 his quae sunt de rebus publicis. Non enim in aliis dicitur, quod in  
 his quae sunt de rebus publicis. Non enim in aliis dicitur, quod in  
 his quae sunt de rebus publicis. Non enim in aliis dicitur, quod in  
 his quae sunt de rebus publicis. Non enim in aliis dicitur, quod in  
 his quae sunt de rebus publicis. Non enim in aliis dicitur, quod in  
 his quae sunt de rebus publicis.

In primis nunc, per illas res Academias, in pri-  
 mis grecis et apocryphis te regnante dies aspicer.  
 Ab insomnis infestuia, ab ipso pene origine re-  
 feliciorum parentis Castelli I. Elisabeth urbis, alias  
 et succedentis Elisabeth, fidei te curulanten bene-  
 officiis, non pariter passimicato fortuita iuventu.  
 Venerabilis tui fundator memoria, tuquid sic ap-  
 ponit tercian infestum.

Vixque Hispani adolescentes optimi, illis